

¶ **Passionem** **summi** **christi** **secundum** **matthaeum**

Exaltationem **christi** **secundum** **lucam**.
¶ **Exaltationem** **christi** **secundum** **lucam**.
¶ **Exaltationem** **christi** **secundum** **lucam**.
¶ **Exaltationem** **christi** **secundum** **lucam**.

14

ODA

VIRIS

MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS

DN. STEPHANO
HELMSTORFFIO

ET

DN. HEINRICO
SCHWELNBURGIO

COSS.

Reliquis item Ordinis SENATORII Liberæ ac
Imperialis MULHUSÆ parastatis dignissimis,
annuos imperij fasces 6. Eid. Jan. Anni
∞ Icc xxIx. recipientibus.

PRO FELICI NOVI REGIMINIS AUSPICIO,

Conscripta

à

TOBIA WOLFFIO Mulhusino
G.P.p.t.Coll.

MULHUSI PRÆLO STANGIANO.

АДОНІС

СКАЗКА

УЧИЛІКТЕРДІКІМДЕМІК

ІМДІКІМДЕМІК

ОДАНЧІТГЕ ІДЕ

ОІІЛЛОТАЙЛАН

ОДАНЧІТГЕ ІДЕ

ОІІЛРОЛАНДЫЗ

СОЗД

СОЗДІЛІНДІРІЛІКІМДЕМІК

СОЗДІЛІНДІРІЛІКІМДЕМІК

СОЗДІЛІНДІРІЛІКІМДЕМІК

СОЗДІЛІНДІРІЛІКІМДЕМІК

СОЗДІЛІНДІРІЛІКІМДЕМІК

СОЗДІЛІНДІРІЛІКІМДЕМІК

СОЗДІЛІНДІРІЛІКІМДЕМІК

СОЗДІЛІНДІРІЛІКІМДЕМІК

ADhuc sonantem dum quatit ægida
Pallas, cruentum trux & acinaceum
Vibrat Liburnus, **MULHUSINÆ**
Incluta sceptra capessit urbis,
Insigne mœstis præsidium reis,
Et fluctuantis destina Patriæ
HELMSTORFFIUS, SCHWELNBURGIUSq;
Justitiæ radians ocellus.
Periculosa plenum opus aleæ
Magnæq; res hæc molis erit quidem;
Fasces sed istos ac labores
Qui dedit, idem etiam levabit.
Hujus, capaci quicquid enim sinu
Mundi triforis machina continet,
Nutu gubernatur; Potentum
Ille animos regit unus omnes.
Hunc si nefandō marte laceſſere
Tentet juventus horrida brachijs,
Oſſæq; gaudentes opacæ
Pelion imposuisse fratres,
Turpi ruinâ præcipites cadent.
Nil hîc Typhoëus, aut manibus ferox
Valet Mimas, truncis nec audax
Enceladus jaculator altis.

Vim

Vim temperatam namque Diespiter
Amat ; sed idem frangere barbaras
Vires, superbos adsoletq;
Vertere funeribus triumphos.
Ergò furores sis licet hactenus
Expertæ Martis plus vice simplici
MULHUSA, seu te trux Iberus
Presserit, Illyricusvè miles ;
Benignitatem cœlicolæ tamen
Sperare nunquam desinito Patris ;
Sed corde confidente rebus
Te melioribus usque serva.
Non semper imbræ sub Jove sœviunt
Tumultuosô, nec mare turgidum
Infestat arcturi cadentis
Ira, nec exorientis hædi.
Cœlô serenô fax Hyperionis
Quandoque vultus exerit igneos,
Et nubibus passim fugatis
Auricomis radijs refulget.
Nec JOVA semper terrigenis amat
Irascier ; vultu sed amabilis
Renidet interdum serenô,
Nunc mihi, nunc alij benignus.
Delicta propter grandia plurimas
Immisit idem Teutoniæ hactenus
Clades ; paternis nec peperit
Finibus, Unstriacæq; terræ.

Quot

Quot Chrysyle, quot sensit atrocia
Hartæ neinus discrimina? Scilicet
Di multa neglecti dederunt
MULHUSIÆ mala luctuosa.
Testes mearum vos latices sacri
Sententiarum, quos Poperodicos
Lustrare campos innocentia
Sanguine vidimus inquinatos.
Et vos amœnis conscientia vallibus
Vineta testor, quanta pericula
Vidistis immiti Liburno
Civibus imminuisse nostris!
Quàm penè sedes mortis adivimus
Caliginosas? quàm propè manium
Umbras silentes Æcumq;
Vidimus Elysiosq; campos!
Præsente sed nos eripuit Deus
Leto; benignus nam medios solet
Inter furores esse, nostrum
Nec cupit interitum necemve.
Agnosce tantæ, PATRIA, gratiæ
Magmenta, nunquam laudis honoribus
Obliterandæ cœlitemq;
Tollito tergeminis monarcham.
Qui consulenti jam nova Curiæ
Dat sceptræ, Conscriptos publicæ rei
Donatq; Patres, æquitatis
Et Themidos fidei q; amantes.


O firmet

O firmet horum motibus enthei
Idem ille mentes Flaminis, omnibus
Ut sit salutis promovendæ
Sionidum unum opus atq; curat
Sic cuncta rectō stare videbimus
Talō, Mulhus & mœnia quā secat
Cursu citatō Suemnia, atque
Latifalæ leyis unda fontis.
Ac ceu furenti quūm pelagō micant
Fratres Amyclæi, reticet mare,
Ventiq; ponunt, atque gratam
Compositâ Palinurus undâ
Carpit quietem : Sic fugient graves
Belli tumultus Consulibus novis,
Et Patriæ tandem redibit
Pacis amœna quies; *Futurum est!*

FINIS.







Et non cœlum et non terram
non habet nisi tuus regnum

Domini regnatur et semper
in secula et secula et secula

Regnatur et semper regnatur
in secula et secula et secula

Regnatur et semper regnatur
in secula et secula et secula

